







1746.

1. Veitlinus, Georgius Fridevici : De virtute Dissolara
spronsalitis sive absque curativum cognitione
et auctoritate valido [a.] atque efficaci
2. Veitlinus, Georgius Fridevici : De triplici remedio salutari
calumniosorum ac temerariis libris prosecutionis pec-
catorum prescripto in recentibus ordinacionibus
procuratorum palatinorum salsburgensium.
- 2^a = Dickelmeir, Johannes Augustinus : De eo, quod difficile
est in munere doctoris academici et precipue
Merlaci
- 2^b Schenquius, Christianus Gottlieb : Observationes philologi-
cae ad Claudi Mamertini panegyricam gentiliam.
cum Maximiano Aug. Dietam.
3. Wolpman, Nicolaus : De vera iure testamenti conjugum
reciprocum iuxta iura Germanica et speculatio secun-
dum statuta Hamburgensium.

1747.

1. Beckius, Philippus Ludovicus: De eo quod iustum est circa rem unam vel pluribus seorsim venditam
2. Dannecker, Fideusius Guiliellmus: De jure reditu-
tionis fructuum beneficii ecclesiastici
3. Neubauer, Georgius Fridericus: De testamento irati-
vato.
- 3^a Schwarziger, Christianus Gottlieb: De antiquo ritu legi-
timandi liberos illegitimos per patrem.
4. Stirmer, Christophorus Guilielmus: De annati rerum
immob. praescriptione Germanica et patrum
Nimbergensium
5. Ulrich, Josephus Gabriel: De feudo venationis

1748

1. Borscher, Simon Lorenz Petrus: De jure venandi per
normam veritatis juris publici in hereditate abens eponae
an et abon.

2. Vambrenther, Christophorus Fridericus: De translationibus
jurium symbolicae et variae itaque et jure Norico.
3. Voelckner, Georgius Fridericus: De primis apud hactenus
licitatore post acceptationem secundam, statim liberato.
4. Tuerlein, Johann Conradus: De illegitimis, quibus-
dam pignora ac hypothecae constitutae relin-
quere videtur
5. Hauf, Johann Paulus: De variis apud Germanos
substituere statuta
6. Heumann, Johannes: De definitione in jure
periculosa.
7. Link, Wilhelmus Fridericus: De rei sub pacto
reservati dominii venditae periculo.

1749.

1. Heumann, Johannes: De characteribus superioritatis
territorialis contra designantur

1749.

2. Hofmannus, Constantinus: De usufructu parentum & liberorum
in primis Novico.

3. Winkler, Samuel Vitalis: De paucis conjugum inter
et non lictis secundas nuptias contrahentium

E. 22. num. 42.

13.
Q. D. B. V. 1746.1
OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE

QVARVM
CAPVT QVINTVM

DE

MVTVO DISSENSV SPON-
SALITIO SOLO

986
ABSQVE CONSISTORII COGNITIONE
ET AVCTORITATE VALIDO ATQVE
EFFICACI

PRÆSIDE

D. GEORGIO FRIDERICO DEINLINO
ICTO

ANTECESS. ET COLLEG. IVRID. ASSESS. PRIMAR.
PERILL. REIP. NORIMB. CONSILIARIO
FAVTORE ATQVE PRÆCEPTORE SVO

• OMNI QVO FIERI POTEST CVLTV OMNIQVE OBSERVANTIA
AETERNVM PROSEQVENDO


DISQVISIONI ERVDITORVM SVBMITTIT

AVCTOR ET RESPONDENS

WILHELMVS FRIDERICVS LINK
ALTORFINVS.

ALTORF. D. VIII. IVN. MDCCCLXXXVI.

TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGRAPHI.



Q. D. B. N. ...
OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE

OTAVVM
GARVT QVINTVM

DE
MVTVO DISSENSV SPON-
SALITIO SOLO
ARSQVE CONSISTORII COGNITIONE
ET AVCTORITATE VALIDO ATQVE
EFFICACI

PRÆSIDE
D. GEORGIO FRIDERICO DENNINGO
ICTO

ANTECESS ET COLLEG. IVRID. ASSERS. PRIMAR.
PERILL. REIP. NORIM. CONSILIARIO
PANTORE ATQVE PRÆCEPTORE SVO
OMNI QVO TIERI POTEST CVLTV OMNIVS OBSERVANDA
AETERNV PROSECVTO

DISPOSITIONI RECTORVM SVBMITTIT
ACTOR ET RESPONDENS
WILHELMVS FRIDERICVS LINK
ALTOEINVS.

ACTORE D. VNI. IUR. CLASICO XXXV.

TIPIVS ION. GEORGI MATHESI ACAD. TYPOGRAPHVS.



OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE.

CAPVT QVINTVM

DE

MVTVO DISSENSV SPONSALITIO SOLO ABSQVE CONSISTORII COGNITIONE ET AVCTORITATE VALIDO ATQVE EFFICACI.

§. I.



Doctrinam de Effectu Dissensus Sponsalitii ab Interpretibus diuinorum humanorumque Iurium innumerabilibus controuersis expositam, inutilibus subtilitatibus laceratam misere, et tandem decisionibus male cohaerentibus turpiter contaminatam fuisse, ii

Status Contro-
uerfiae Generalis;
Utrum Sponsalia
Mutuo Dissensu
dissolui queant?
Nec ac §.

maxime nobiscum agnoscent dolebuntque homines ingenui, quibus semper iniquum, et numquam tolerandum uisum fuerat, ex semel probatis et genuinis principiis deduci conclusiones erroneas, falsas, et ad ipsum fundamentum penitus destruendum comparatas. Auget turpitudinem tam fatalium controuersiarum et reprobandarum Decisionum, quod hanc ipsam Doctrinam Protestantes, qui tamen a principio, de Sacramento in matrimonio agnoscendo, merito quam longissime recedunt, multo maioribus difficultatibus implicauerint, quam ipsi Romano-Pontificiae Ecclesiae addicti: de qua re illos acerbissime obiurgauit THOMASIVS in Diss. de Pact. futur. Spons. et in Not. ad LANCELL. L. II. Tit. 10. §. 11. n. 284. Specimen eiusmodi

N

fata-

fatalis disceptationis satis celebre sese offert circa Quaestionem: *Utrum publice, legitime, rite, et accedentibus omnibus sponsaliorum requisitis, Desponsati, nullis intervenientibus rixis, nullis inimicitias grauibus, capitalibus, nullo odio inter necino, sed mediante simplici dissensione, per quamcunque aliana honestam causam promotam, si nimirum uideant, mores sibi inuicem non correspondere, sponsam illa prudentia non esse instructam, ut rebus sponsi consulere possit, uel sponsae locum, quorsum post sponsalia uocatus est Sponsus, displicere, sponsoque consultius esse, uxorem ibi seligere, ubi fortunarum sedem sibi fata praeter spem destituisse deprehendit, etc. uno uerbo: si uideant utrique, minus consultum esse, matrimonium consummare; possint sibi inuicem fidem datam, ut ut uel maxime interdum iuratam, atque obligationem ex contractis sponsalibus natam, remittere? An uero inuiri etiam coniungi, et ad consummationem matrimonii a Consistorio compelli debeant?* Hoc Thema prolixè excutiendum sibi sumit B. STRYKIVS, in Tract. de Dissens. sponsal. Sect. 3. §. 8. sq. Monstrauit ibidem, quod quidem huius quaestionis membrum Prius negare, Posteriusque affirmare, olim consueuerit communis Doctorum, tam Theologorum, quam Iurisprudentium, concio; utpote quae sententiam, dum poenitendi facultatem excludit, in Consistoriis Principum Euangelicorum receptam, Sponsoque per Magistratum Politicum ad Benedictionem Sacerdotalem compellendos esse, unanimi fere calculo probabat. Quem in finem STRYKIVS ad nonnullos (potuisset enim longe plures, apud DEDEKENVM, CARPZOVIUM, etc. allegatos, addere) prouocauit, in primis ad IOACHIMVM a BEVST, PETRVM HEIGIUM, TARNOVIUM, BROCHMANDVM, CHEMNITIVM, KITZELIUM, in primis uero ad MEVIUM, P. 5. Decif. 210. per tot. et CARPZOVIUM L. 5. Resp. 108. ibi: „Haben sich zween Personen miteinander in Eheverlöbniß „eingelassen, und, in Beyseyn gewisser hiezu erfordernten „Zeugen, sponsalia publica celebrirt, es seyn aber nunmehr „beyde Personen anders Raths worden, und von solcher Ehe- „ver-

Laudatur Strykius, quaestionem affirmans, et contra negantes descendens.

„verlöbniß mutuo dissenſu abzustehen gemeynet. Ob nun vwohl
 „sonſten in andern Contracten die Reue, vvenn ſolche bey
 „beyden Theilen vorhanden, zugelaffen, und der einmahl ge-
 „ſchloſſene Contract mit beyderley Willen gar vwohl vvider-
 „um aufgehoben, und diſſoluir vverden mag; Dievveil es aber
 „dennoch *mit den Ehegelöbniß viel eine andere Gelegenheit hat,*
 „und daſſelbe, vvenn beyde Theile in Beyſeyn der Gezeugen ihr
 „endliches beſtändiges Iavvort von ſich gegeben, und *dadurch das*
 „*Matrimonium geſchloſſen,* durch göttliche Ordnung dermaſſen
 „verbindlich gemachet vvirde, daß es von denen Contrahenten
 „nicht vviderum aufgehoben und diſſoluir vverden mag, etc.
 „So ſeyn auch vorgedachte beyde Perſohnen zu poenitiren nicht
 „befugt, ſondern das verſprochene Ehegelöbniß durch ordent-
 „liche Prieſterliche Copulation zu vollziehen ſchuldig; *in Ver-*
 „*vveigerung deſſen, vverden ſie von Obrigkeit dazu gebührend billig*
 „*angehalten.* V. R. W. Add. STRVV. Exercit. XXIX. theſ. 12.
 et 13. ibique P. MVLLER. At vero inuictis argumentis refutauit
 Idem STRYKIVS hanc nullo prorfus fundamento ſuperſtructam
 opinionem, probauitque, omni Iure, Diuino, Humano,
 Canonico, et Proteſtantium, quaestionis Membrum Prius affir-
 mandum, Poſteriusque negandum eſſe. Atque haec argumen-
 ta, doctrinam tam peſſime corruptam emendantia, tanti ponderis
 tantaque uirtutis atque auctoritatis eſſe uidebantur omnibus,
 a praecudiciorum labe liberatis ingeniis, ut iam noſtro aevo
 uix unum inuenies, qui, ueritatis et iuſticiae armis conuictus,
 Strykianae ſententiae ſubſcribere cunctatus fuerit. Calculum Quem et alii ſe-
 cuti, Thomaeus,
 Boehmerus,
 Linkius.
 imo et hinc inde maius robur, addiderunt Ill. Iur. Can. Inter-
 pretes, THOMASIVS cit. loc. et BOEHMERVS Iur. Eccleſ. Proteſt.
 Lib. IV. Tit. I. §. 161. ſqu. add. B. Auuſ HENR. LINK ad Decret.
 Tit. de Sponſ. §. 2. pag. 617. Quamobrem et nos, breuitatis
 et compendii amore, ab omni ſtudioſa argumentorum repeti-
 tione, ſcientes prudenteſque iam deſiſtimus, et abſciſſe declara-
 N 2 mus,

mus, nos laetissimis pedibus in horum Virorum sententiam ire, eorumque ratiocinia nostra quoque facere; praesertim quatenus ea ad illustrandam causam, quam in nostro Themate speciali defendendam nobis mox proponemus, aliquam lucem adferre posse uidebuntur.

§. II.

Tria Monita ad
Sententiam
Strykii.

Monitum Primum

Tametsi uero omnia, quae STRYKIVS, et qui illum secuti sunt, de hac controuersia disseruerunt, adeo perspicua et clara sint, ut nihil prorsus ipsis addi posse uideatur; utile tamen et necessarium iudicauimus, *Tria* adhuc *Monita*, causam istam, quae in se iam optima et iustissima est, non parum confirmantia, quasi in transitu adicere. *Primum Monitum* concernit ipsum STRYKIVM, qui, cum c. l. §. 3. statum controuersiae huius formandum sibi sumeret, *desponsatos de praesenti* in scenam producere non dubitauerat; et, ut neminem fugere posset, quos sub *desponsatis de praesenti* uelit intellectos, statim explicationem subiunxerat: *sive qui pure et sine ulla conditione sibi fidem de contrahendo matrimonio dederunt.* Scilicet ex his uerbis manifestum fit, STRYKIVM tunc temporis nondum deposuisse erroneum dogma de utilitate singularis istius, ex lure Canonico-Pontificio haustae, distinctionis sponsaliorum de praesenti et de futuro in foris matrimonialibus Protestantium; et de applicandis sponsalibus de Praesenti ad sponsalia Protestantium Pura; de Futuro uero, ad sponsalia eorum Conditionata. Erronei huius dogmatis misera fata in scholis et foris Protestantium, cum damnandis suis conclusionibus, omnium sanioris doctrinae asecularum conspectui, ordine admirabili exposuit Dn. BOEHMERVS in Diss. de incongrua Praxi doct. de sponsal. de fut. et de praes. in for. Protest. Acquiescimus itaque et nos in hac sana doctrina, ignorare fora nostra sponsalia de praesenti Iuris Canonici; omnia nostra sponsalia esse ea, quae sensu Iuris Canonici dicuntur

tur de futuro; habere ea omnino sui generis, id est, tamquam sponsalia, perfectam et firmissimam obligationem ex natura pactorum explicandam, idque tam de Iure Canonico, quam de Iure Ecclesiastico Protestantium, licet ceteroquin diversum sit sponsaliorum et matrimoniorum ius, conf. Dn. BOEHMER. diff. de div. spons. et matrim. Iur. Dissent. LVDOVICI Doctr. Pand. Tit. de Spons. §. 2. *Secundum Monitum* dirigimus erga eos, qui, dum, ordine ac ^{Monitum Secundum.} metodo doctrinali, incidunt in quaestionem hanc: An sponsalia perfecta mutuo consensu moribus nostris dissolui queant? malunt eam negare, et, quasi timidi, numerosiorem cateruam ita sentientium sequi; cum tamen ex additis limitationibus haud obscure colligi possit, eos magis ab affirmantium partibus stare. Talemprehendimus LVDOVICI Doctr. Pand. Tit. de Spons. §. 9. qui rotunde dicit: *non dissolui ita Sponsalia perfecta*; qui tamen allegat STRYKIVM, e diametro dissentientem; qui ad suam prouocat Introductionem in Proc. Consist. c. 13. §. 6. ubi mira uirtute pronunciat: „Im göttlichen Recht ist es nicht verbotthen „die getroffene Verlöbniß mit beyder Theile Bewilligung wieder „aufzuheben“, etc. qui denique in cit. Tit. de Spons. §. 9. expresse addit: „Exceptio est, nisi alienatio animorum ex utraque parte adfit“, etc. Equis uero non animaduertet, in omni dissolutione, mutuo consensu etiam suscipienda, praesupponi debere, utut non semper odium implacabile, uel inimicitias capitales, aliquam tamen animorum alienationem? Certe, alias non cogirarent de dissoluendis sponsalibus. Vna manu dat largiter, quod alter negabat. *Tertium Monitum* MEVIVM, Ictum illum ^{Monitum Tertium.} meritissimum, in hac re tamen uix orthodoxum, sistit. Apud illum enim, postquam in P. 5. dec. 210. suam sententiam, de sponsalibus mutuo dissensu non dissoluendis, aperte dixerat, in subiuncta not. 1. ita legitur: „Iure quidem ciuili Romano ut consensu sponsalia contrahuntur, ita etiam dissoluntur. L. 1. C. de „Spons. L. 2. D. de Repud. L. 35. de R. I. nec Canonicum Ius
N 3 „eam

„eam libertatem prohibuit Cap. 12. X. de Spons. At in Ecclesiis
 „orthodoxis Euangelicorum diuino iuri consonum existimatum
 „est, Sponsalia semel contracta consensui ad dissolutionem
 „non relinquere; inde interdictus per hanc ab istis discessus etc.„
 Iam uelimus scire, quatenam Ecclesia magis pugnauerit semper
 pro libertate matrimoniorum, et quatenam magis, secundum
 orthodoxa principia, omne iugum, omnem uolentiam, re-
 mouere studuerit; utrum Ecclesia Romano-Pontificia, quae
 Sacramenti characterem impressit iam ipsis Sponsalibus, quae
 Diuortii prorsus numquam locum dat, etc. an uero Ecclesia
 Protestantium, quae in contrahendis matrimoniis christianam
 semper libertatem, spectatam fidem, et rationabilem pactorum
 uim; in contractis uero et consummatis, ingenuum amorem,
 et perpetuam sanctitatem, seruari iussit? Gratis itaque dicta
 sunt illa Meuiana, et potius denuo confirmant iustitiam nostrae
 querelae, quod inter Protestantes doctrina de sponsalibus, foe-
 dis otiosorum, superstitiosorumque ingeniorum figmentis, magis
 quam inter ipsos Romano-Catholicos, adpareat contaminata.

§. III.

Status Contra-
 uersae Specialis:
 Num solo Partium
 Consensu? an uero
 auctoritate Iudicis
 Ecclesiastici, ne-
 cessario acceden-
 ce, Sponsalia dis-
 solui possint?

Iam ad nostrum Thema propius accedamus; ad quod, per
 praemissa, recta uia deducimur. Nempe expeditum est, *solo mu-
 tuo consensu Desponsatorum, sine specifica allegatione causae alicuius,
 repudio etiam inuita altera parte alias locum dantis, dissolui omni-
 no posse Sponsalia legitime contracta, perfecta, imo et iurata.* Ve-
 rum iam quaeritur: *Vtrum haec, mutuo consensu suscipi-
 enda, dissolutio Sponsaliorum, siue haec remissio obliga-
 tionis, ex pactis sponsalitiis utrinque natae, subsistat in
 solo arbitrio partium, adeoque in actu mere extraiudici-
 ali; An uero absolute desideretur cognitio et auctoritas
 Consistorii, siue Iudicis Ecclesiastici, adeo, ut per solen-
 nem*

nem actum Iudiciale fieri debeat huiusmodi remissionis, bona gratia facti discessus et dissolutionis Sponsaliorum, negotium? Quotquot evolvere nobis licuit Iuris Ecclesiastici Protestantium Interpretes, unanimi fere sententia membrum quaestionis Prius negare, Posterius uero affirmare eos inuenimus. Ex his celebriores et facile principes producere uolumus. Audiamus itaque primo loco STRYKIUM cit. Tr. Sect. 3. §. 36. ita differentem: „non tamen haec nostra sententia est, quasi priuato ausu discedere a se inuicem desponsati possint; ita enim, omnino scandali occasio inde nasceretur, sed adeundus Iudex est Ecclesiasticus, et coram Consistorio cognoscenda causa, an sponsalia in terminis promissionis subsisterint, aut ad quam amoris lineam peruenerint desponsati: ubi, si causa mutui repudii alicuius momenti esse non uideatur, moneantur, ne a fide data discedant facile, imo etiam spatium deliberandi ipsis detur, annon interim ad aliam reuersuri sint mentem, quodsi uero Consistorium constantem repudii uoluntatem obseruauerit, nec carnalem commixtionem accessisse animaduertit, deferre partium desiderio potest. Et hinc, sponsalia etiam de futuro non debere priuata auctoritate, dissolui absque Ecclesiae cognitione et auctoritate, recte asserit WESSENBEC. P. 3. Conf. 125. n. 13. Consultat. Sax. in append. matrim. Lib. I. cap. 1. KITZEL Synopf. Matrim. cap. 8. th. 14. lit. I. in fin. Pariterque magistratus auctoritatem intercedere debere, defendit BROWER. de Iur. Connub. L. I. cap. 28. n. 56. Cuius BROWERI uerba deinde excerpfit; quae uero, quia fere easdem rationes continent, repetere nolimus. Eandem cum STRYKIO sententiam fouet Dn. de BERGER oeconom. Lib. I. Tit. 3. §. 7. ibi: „Imo uero, re rectius considerata, nihil uetat, quominus dicamus, mutuo dissensu sponsalia dissolui posse, modo iudicialis interponatur auctoritas, cap. 2. de spons. cap. 17. cod. dixi Elect. Proc. Matrim. thes. 42.

Audia-

Prius negant;
posterius affirmant,
Viri illes-
tres,

Strykius,

Bergerus.

Boehmerus.

Audiamus denique, quia omne trinum perfectum, Ill. Virum BOEHMERVM, qui Lib. IV. Tit. I. Iur. Eccl. Prot. §. 161. in explicando textu cap. 2. ✕ de spons. uersatus, haec subiungit: „Ni uero me omnia fallunt, haec uerba simul indicant, *non priuato ausu, sed Iudicii Ecclesiastici auctoritate* partes recedere, debere. *Patienter haec tolerari debere*, ait Pontifex; id quod de *Iudice Ecclesiastico* intelligit, ne inuitos cogat, sed permittat tandem, ut ab inuicem recedere possint. Nec diuersum obtinet in sponsalibus *iuratis*, cum alter alteri iuramenti uinculum remittere possit, quod admittit SANCHEZ cum GONZALEZIO, imo etiam ipse Pontifex in cap. 7. ✕ eod., Et porro in sequ. §. 162. circa fin. „Interim facile largior, ait, id priuato ausu ut fiat, non facile largiendum esse, sed Consistorii auctoritatem interuenire debere, prout etiam cit. cap. 2. innuit, et admittit BROUVERVS de Iure Con. nub. L. 1. c. 28. n. 56. cum sponsalia hodie non simpliciter desponsatorum arbitrio subiecta sint, ut ceteri contractus consensuales., Verum enim uero, quantuscunque sit numerus Doctorum, ita sentientium; quantacunque etiam sit celebritas et auctoritas Eorum, summa ueneratione ceteroquin digna: Attamen, solo ueritatis et iustitiae amore ducti, a nobis impetrare non possumus, ut huic sententiae subscribamus; postquam haud exigui ponderis argumenta pro *Mutuo Dissensu Sponsalicio Solo, etiam absque Consistorii, siue Iudicis Ecclesiastici, cognitione et auctoritate, maxime efficaci*, militare nobis uidebantur. Haec itaque argumenta, in compendium quasi redacta, primo loco exhibere; deinde uero dissentientium rationes ad examen uocare, et ea qua decet modestia refellere, conabimur.

Nos affirmamus
Prius, et negamus
Posterius.

§. IV.

Sex argumenta
pro nostra senten-
tia adducuntur.

Sunt autem, *Sex* potissimum argumenta, quae nostrae sententiae defendendae inseruiunt. *Primum ex natura desu-*
mimus

mimus *Pactorum simplicia*, quae adeo pure, adeo perpetuo inesse sponsalibus, imo adeo stricte totum eorum negotium complecti comitarique debet, ut omnis admixtio, simplici isti naturae pactorum aduersa, omnis conceptus *peculiaris* religiosae sanctitatis, uel alicuius spiritualis atque diuinius, quam qui ad omnes mortalium actiones, vi sapientissimae directionis, accedit, influxus, eo magis excludantur, quo certius alias inuitamur ad peccandum contra genuina Protestantium principia, et quo facilius, via quasi obliqua, deduceremur ad amplectendum conceptum Iuri Canonico - Pontificio proprium de Sacramento et inde pendente, siue indissolubili, siue difficulter dissolubili, uinculo. Hanc nostram hypothesin, de simplici natura pactorum in negotio sponsalicio quaerenda, dudum agnouerunt Viri pii, iusti, et de purgandis doctrinis matrimonialibus solliciti. Ipse B. LVTHERVS plus simplici uice eam inculcauit, seriisque monitis et inuectiuis aduersus eos usus est, qui praeiudiciis, ex Patrum quorundam scriptis et Iure Canonico haustis, occoecati, ex negotio illo, mere ciuili, spirituale quoddam effingere laborabant, conf. Dn. BOEHMER, Iur. Eccl. Prot. L. IV. T. I. §. 1. Hic ipse Illustris ICTus passim firmissimo huic fundamento inhaeret, et cit. loc. §. 162. ingenue fatetur, „euidens esse, quod sponsalia pura non sint matrimonium, nec de praesenti, quae Ius Canonicum fingit; *in solo Conuentionis uinculo et terminis ea subsistere*, adeoque nihil impedire, quominus mutuo dissolui possent consensu, etc. Ridet idem et explodit peruersam istam opinionem, consensum matrimonialem simpliciter declaratum sufficere ad constituendum uerum iam et indissolubile matrimonium: Conqueritur, quod ea tam altas radices egerit, ut nonnulli crederent, eam in foro poli et conscientiae non solum attendendam esse, scilicet desponsatos iam esse coniuges, Braut und Brautigam vvären vor Gott schon Eheleute etc. Sed etiam in foro Ecclesiastico et externo, utpote, quod conscientiam

Argumentum
Primum defunctum
ex Natura
Simplicis Pacti,
quae inest Sponsalibus.

Q

legem

legem praescriberet, et quaestiones conscientiae dissolueret: Cum tamen, si haec uera essent: Verlobte seyen Eheleute vor Gott und vor der Welt, poenitentia Ecclesiastica ne quidem statuenda esset in anticipatum concubitum etc. vid. *ibid.* §. 18. et 162. Neque STRYKIVS alio argumento pro sua, de dissensu sponsalicio libero, sententia propugnanda utitur. Nam Sect III. §. 19. „Quodsi ergo, ait, a sponsalibus de praesenti remoueamus qualitatem sacramenti, nihil remanebit amplius, quam *„Simplex Pactum, vel Contractus*; quod agnoscunt Pontificii „Dd. THOM. TAMBRIVS, SANCHEZ, GONZALEZ TELEZ, COVARRUVIAS, M. A. de DOMINIS etc. qui ultimus expresse scribit: „His exceptis conditionibus, (nimirum legis diuinae de sacramento) contractus matrimonii, ut contractus est, est sane humanus, corporeus et totus in genere rerum temporalium; „ciuilibus est, et ciuili omnino subiectus potestati. Ex quibus „uerbis sua sponte sequitur, quod et mutuo dissensui sit subiectus. Idem STRYKIVS porro §. 23. haec addit: Sponsalia, „quibuscunque etiam uerbis contracta, mutuo dissensu dissolui „posse, nulli dubitamus, cum *„nullum aliud vinculum hic subsit, „quam conuentionis, quod obligandi efficaciam ex sola partium „uoluntate habet*, ut hinc nihil uetet, quominus Iuri suo renunciare possint. Neque enim huic facultati, mutua uoluntate a „sponsalibus discedendi, resistit Ius naturae, (neque etiam Ius diuinum, prouti in sequ. §. probauit) utpote quod quidem turpe existimat, datam fidem fallere: Verum hoc eo saltem tendit, ne unus a pacto sponsalicio, inuito altero, discedat. „Quodsi neutra pars implementum pacti desideret, fidem quam „remiserunt aperte, sefellisse dici non poterunt. Nec resistit „Ius Ciuile, ob L. 1. C. de Sponsal. Nec Ius Canonicum, utpote quod in cap. Praeterea. 2. §. de Sponsal. hunc dissensum clare approbat; de dissensu enim utriusque Pontificem illic „agere, probauit GVTIEREZ. de Matrim. cap. 24. n. 3. Nec ad „sponfa-

„sponsalia de futuro, prout in nostris Consistoriis ex omnium
 „confessione capiuntur, hic textus restringi salua uerborum ra-
 „tione potest. Haec dicta quoque ad Sponsalia iurata indistin-
 „cte adplicari posse et debere, late deduxit et probauit Id. STRYK.
 c. 1. §. 30. sequ. Neque ulli unquam dubium desuper oriri poterit,
 qui recte perpendit, omnia iuramenta tantum uim accessorii su-
 sfinere; quemcunque, in cuius fauorem praestitum est Iuramen-
 tum, posse cedere iuri suo et renunciare; omne iuramentum
 adiectum censi sub conditione, si ille, in cuius fauorem acces-
 serat, velit acceptare, et nolit cedere iuri suo: Proinde, licet re-
 ciproco iuramento ad consummationem matrimonii sese obliga-
 uerint desponsati, reciproca tamen remissione iuramenti etiam
 hanc obligationem accessoriam cum principali tolli posse. Iam,
 rationibus ita subductis, difficile non erit, conclusionem ex hoc
 primo nostro Argumento, a simplici pactorum natura in Spon-
 salibus desumpto, eruere. Si enim simplicis conuentionis ter-
 minos seruat pactum sponsalitiu; si a sola partium uoluntate
 obligandi efficacia dependet; certe ab eadem uoluntate, ab eo-
 dem simplici pacto contrario dependere debet remissio istius
 effectus obligatorii, nec quidquam uel cognitionis uel auctori-
 tatis sibi uindicari poterit Consistorium, uel Index Ecclesiasticus.

§. V.

Vt autem maiorem uim praecedens conclusio, ex Primo Argumento deriuata, accipiat, subiungamus statim *Secun- dum* Argumentum, sententiam nostram confirmans, quod de- sumptum est ex uulgata illa, et hoc loco omnino insignem usum praestante, Regula iuris utriusque: *Quod nihil tam naturale sit, quam quidque eodem modo dissolui posse, quo colligatum est*, L. 35. et 100. D. de R. I. et cap. 1. §. de R. I. Sponsalia solo partium consensu priuato contrahi, eorum negotium ex sola natura pactorum et conuentionum humanarum simplici diudi-

Argumentum
 secundum; ex
 Regula utriusque
 Iuris in L. 35. et
 100. D. de R. I.
 et cap. 1. §. Eod.

candum esse, in antecedentibus probauimus. Si hic est modus, hoc genus, quo colligantur sponsalia, qualis quaeso! alius modus, siue aliud genus, quo dissoluantur, scrupulose effingi deberet, praeter solum partium consensum; praeter solam priuatam remissionem uinculi obligatorii; praeter simplex pactum renunciatiuum, exclusa omni interuentione Iudicis, uel Magistratus Ecclesiastici, qui non adfuit in colligando, et cuius adeo nullae quoque partes esse possunt in dissolueno negotio? Caueant omnes, ne nobis obiiciant arduam, maiorem, et admodum grauem negotii, de quo agitur, qualitatem: Eadem enim qualitas, imo longe maior et longe grauior, uti infra audiemus, negotio *contrahendo* adhaerebat; Et tamen priuata ratione celebrabatur, non publica atque iudiciali. Nihil itaque distinguit rationem contractus et distractus; praesertim cum grauissimas quasque causas eodem modo dissolui, quo colligabantur, quotidie uideamus. Caueant porro, ne nobis obiiciant diuinitatem quandam huius contractus: Nam mentem de hac re supra iam explicauimus nostram, simulque declarauimus, nos nihil spirituale in hac mere humana pactione agnoscere. Itidem caueant, ne nobis obiiciant celebrem illum lapidem offensionis, *iustitiam* nempe *publicae honestatis*, quam ex sponsalibus celebratis oriri, et impedimenta producere uaria perhibent Canonistae. Vid. CORVIN. Iur. Can. L. II. Tit. 12. §. 25. Dn. BOEHM. c. l. §. 144. Infra enim §. ult. de tali casu excepto, ubi solus dissensus absque auctoritate Consistorii non sufficit, commoda loquendi occasio dabitur; et tunc nos quoque iustum huic iustitiae honestatis publicae pretium statuere, non omittemus. Verum iam loquimur de casibus regulariter et communiter contingentibus; quando duo desponsati *re adhuc undiquaque integra*, ex liberrima uoluntate, sibi inuicem fidem datam remittere, eadem priuata ratione, qua antea contraxerant, constituunt. Ex quo simul, nobis etiam non monentibus, facile patet, Regulam nostram

fram Iuris, qua in secundo hoc argumento recte iustissimeque utimur pro asserendo libero Dissensu Sponsalicio absque auctoritate Iudicis Ecclesiastici sufficienter efficaci, neutiquam extendi posse ad matrimonia ipsa iam contracta et consummata; et ad casus, ubi res non amplius est integra; Licet enim vulgatum illud saepe allegetur: consensum facere nuptias, non concubitum; attamen notorie hic confunditur consensus sponsalitiis et matrimonialis, prouti doctissime probavit Dn, BOEHMER c. I. §. 162. et L. III. T. 32. §. 3. Add. Eiusd. Diss. de diuerso spons. et matrim. Iure. Denique caueat quisque, ne nobis obiciat, ac si, dum de sponsalibus sola *privata* uoluntate celebratis, atque adeo sola *privata* rursus uoluntate dissoluendis loquuti haecenus fuimus, forsan neglexissemus conceptum sponsaliorum *publicorum*: Neutiquam hoc a nobis factum est. Nimirum quando nobis fermo est de sponsalibus mutuo dissensu solo dissoluendis, semper intellecta uolumus sponsalia *Publica*, quatenus opponuntur *Clandestinis*. At, quando *privatam* de sponsalibus conventionem appellauimus, exclusos esse uolumus actus *iudiciales*. Ita quadrat Regula: *Nil tam naturale est, quam sponsalia, simpliciter privato pacto colligata, eodem modo, atque adeo sine Consistorii auctoritate interueniente, dissolui posse.*

§. VI.

Tertium Argumentum merito deriuamus *ex aurea illa*, Argumentum Tertium ex Libertate Matrimoniorum, quae, sicuti generatim omnem contractum matrimonialem, ita speciatim et quam maxime Consensum Sponsalitiis comitari debet, *Libertas*. Inire matrimonium; in perpetuum omnis uitae, et tam secundae quam aduersae fortunae consortium transire; indissolubili sanctissimoque uinculo corporum animorumque conjunctionem decernere; res est inter humanas omnes grauissimi maximeque momenti, periculi plenissima, et, humaniter loquendo, uel ob hoc ipsum discrimen, aleae haud dissimilis, Si primaria haec qualitas

litas consensus sponsalitiū, omnimoda nempe Libertas, quousque res adhuc deprehenditur integra, huic tam contrahendo quam distrahendo negotio non aufereretur, admodum impiū; iniusti, tristissimique effectus quam certissime sequerentur. Neque sufficit, hanc inestimabilem Libertatem tantummodo contra vim; metum, erroremque, communes istos consensus hostes, tueri; uerum opus est, ut eadem etiam illis simplicissimis dissensus causis, quas supra §. I. in accurate formato statu controuersiae proposuimus, itrenue uindicetur. Consentit III. BOEHMERVS L. IV. Tit. I. §. 107. et recte citat QVINTILIAN. Declam. 376. *Sed quid obicitis? Uxorem non ducis, quam uolo. Quid tum? nescis, nostrū arbitriū esse matrimonium? Affectus nostri uobis non seruiunt. Non potest efficere imperio, ut uel amem, quem uelis, uel oderim; matrimonium omne tum perpetuum est, si mutua uoluntate iungitur. Cum ergo mihi quaeratur uxor, sociatorū, uitae conuersor, in omne seculum mihi eligenda est; alioquin quid proficis inuitum cogendo? repudiabo.* Idem QVINTIL. Declam. 217. *Nasquam, ait, Libertas tam necessaria, quam in matrimonio.* Nec Leges id dissimulant, sed aperte hanc Libertatem confirmant his uerbis: *Neque ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatum reconciliare, quisquam cogi potest. Vnde intelligis, liberam facultatem contrahendi atque distrahendi matrimonii transferri ad necessitatem non oportere.* L. 14. Cod. de Nupt. Atque haec sententia, iudice BOEHMERO; multis non est exornanda rationibus, uel argumentis suffulcienda, quae uel et his BARCLAI L. III. Argen. cap. 5. colligi possunt uerbis: *Scis coniugia plus animorum, quam corporum foedere esse suauiā? Liberae hominum mentes sunt, nec ullis Legibus cogi possunt, uelle, quod nolint.* Eleganter pariter et aequissime de hac re iudicat ipse Pontifex in celebri illo cap. 17. §. de spons. Quaestio erat, qua censura mulier compelli debeat, quae, quod maxime notandum, iuris iurandi quoque religione neglecta, nubere renuit, cui se nuptu-

ratur

ram interposito iuramento firmavit: Respondit Pontifex: *Cum Libera debeant esse matrimonia, monendam eam esse potius, quam cogendam, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.* Si haec obtinent in casu, ubi *unus tantummodo* recedere uult, altero inuito; si talis renuens *solum monendus*, non cogendus est; Cur, quaeso! auctoritatem Consistorii, cur solennem actum iudiciale, cur fastidiosum strepidum forensem desiderares in casu, ubi *utrinque* partes, bona gratia, re maxime integra, sponte sibi inuicem fidem datam remittunt, iurique quaesito uolentes lubentesque renunciant? Si in illo casu non nisi monitionibus utendum est; cur, quaeso! in hoc casu uel saltem *monitiones* praecise exigeres, easque *publicas et iudiciales*; cum tamen iudex officium suum regulariter numquam imperiri debeat, nisi imploratus?

§. VII.

At uero dices forsitan: Dari uarias causarum formas, in quibus iudex, *etiamsi non imploratus, officio suo fungi debeat.* Non ignoramus haec causas. Sunt eae, quae insignis atque publicae utilitatis rationem maxime urgentem praeseferunt, Conf. Ill. BOEHM. diff. de Iud. ex off. proc. Sed iam intrepide, et quidem pro Argumento *Quarto*, asserimus ac defendimus, sponsaliorum causam nostram nequiquam ex numero earum esse, quae iudicem ex officio procedentem exposcunt uel admittunt. Audiamus rursus ipsam Ill. BOEHMERVM, qui, Iur. Eccl. Proteft. Lib. I. Tit. 32. de officio Iud. §. 19. postquam HEIGIVM, CARPZOVIVM, MEVIVM et ZAVNSCHLIFFERVUM, causas matrimoniales in hac re criminalibus aequiparandas, et desponsatos per iudicem ad consummationem matrimonii, etsi neutra pars contractum eam urserit, compellendos esse, credentes, notauerat, ita denique ratiocinatur: „Cardo controuersiae inde dependet, „utrum sponsalia mutuo dissensu dissolui possint? quod com- „muni-

Argumentum
Quartum, ex Re-
gula: Vbi nullus
Actor ibi nullus
Iudex.

„muniter negant; qua supposita sententia, conclusio adducta fa-
 „tis fundata est. Enim uero, quia nondum satis euictum est,
 „sponsalia mutuo dissensu dissolui non posse, nec ab indissolu-
 „bilitate matrimonii ad sponsaliorum nexum ualet argumentum
 „quam sententiam plenius defendit STRYKIVS, facile constat ME-
 „VII sententiam indistincte admitti haud posse. Sane sponsalio-
 „rum non maior uis est, quam aliorum pactorum, docente STRY-
 „KITO, et consequenter, sicuti ad pactorum consummationem
 „Iudex ex officio neminem adigit, sufficiens deest ratio, ob quam
 „Iudex ex officio desponsatos, reluctantes et dissentientes,
 „adigere queat ad consummandum matrimonium; quorsum
 „etiam collineat Pontifex in c. 2. §. de spons. contendens: in spon-
 „salibus non maiorem esse uim, quam in Societatis contractu. Nos
 haec omnia quam utilissime ad nostrum casum, ubi de adhibenda
 auctoritate Consistoriali in dissoluendis per solum mutuum dissen-
 sum sponsalibus disputatur, adplicamus; praesertim cum simul
 deprehendamus, prorsus nullius hominis interesse posse, utrum
 haec uel illa sponsalia subsistant consumenturque, an uero mu-
 tuo dissensu et bona gratia rursus dissoluantur? *Non desponsato-
 rum*; horum enim uoluntas liberrima mutuae fidei remissionem
 decreuit: *Non parentum*; horum enim Consensus, etiam in
 contrahendis sponsalibus, nequidem est necessitatis regulariter,
 sed honestatis. uid. LVDOVICI Doctr. Pand. L. 23. T. 1.
 §. 7. Et, licet esset necessitatis, attamen ne tunc qui-
 dem ualeret argumentum a necessitate ad contrahenda, ad ne-
 cessitatem ad dissoluenda sponsalia; cum parentes non concurrant
 in toto hoc negotio ut partes contrahentes, adeoque nec in di-
 stractu, per quem tota causa ad pristinum statum reducitur,
 eorum consensus legitimum influxum habere poterit. Atque
 haec sine dubio ratio praecipua est, cur parentes coniugum ad
 matrimonii dissolutionem agere nequeant ob impotentiam; scilicet
 ideo, quia forsitan eorum interit, stemma propagari, uid. DN. BOEH-
 MER ad CORY. Ius Canon. L. II. Tit. 16. §. 2. lit. (o) *Non Iudi-
 cis*

cis Ecclesiastici; hic enim *ex officio*, uti antea demonstraui-
mus, procedere nequit. Ergo terminos merito ita colligi posse ar-
bitramur: Si prorsus nullius interfit legitime, utrum sponsalia
rite contracta consummentur, an mutuo dissensu et bona gratia
rursus dissoluantur; sequitur, *solum* dissensum Desponsatorum
ad dissoluendum sufficere, nec opus esse auctoritate Consistorii.

§. VIII.

Accedit et *Quintum* argumentum, quod desumptum est Argumentum
a defectu omnis legitimi finis, ex tali accessione Consistorialis co- Quintum; ex De-
gnitionis et auctoritatis expectandi. Desideras cognitionem. Et fectu omnis legiti-
nos iam ex te quaerimus: Cuiusnam rei cognitionem deside- mi finis, ab au-
res? Dices, Causae dissolutionis et mutui repudii. At uero thoritate Consis-
nos te ablegamus ad statum controuersiae supra §. I. ex ipso toriali expectan-
STRYKIO luculenter propositum; ex quo disces, impraesentia- di.
rum plane nullam quaestionem, nullum sermonem, nullam dis-
putationem esse de causis repudii, earumque iustitia uel in-
iustitia, sed de efficacia solius et simplicis dissensus utriusque
partis, fidem inuicem datam, sponte, et absque allegatione caus-
fae remittentis, atque rotunde respondentis: Ita sibi placere,
sibi uideri, quod minus consultum sit, matrimonium consummare.
Hac declaratione contentum esse debere Iudicem Ecclesiasticum,
idem STRYKIVS de Diss. Spons. Sect. 3. cap. 8. concedit; et nos
quoque credimus, rectiori consilio maiori que prudentia causas il-
las, quae Desponsatos, ad renunciandum iuri suo ex sponsalibus quae-
sito sponte paratos, inuitauerant, u. gr. mores sibi inuicem non
correspondere; sponsam illa prudentia non esse instructam, ut
rebus sponsi consulere possit, etc. in scriniis pectoris contineri,
quam publice in foro non sine contumelia unius uel alterius par-
tis, immo non sine metu exacerbatorum demum animorum,
hactenus tranquillorum, exponi. Cesset itaque heic omnis iudi-
cialis cognitio; omnis interpositio auctoritatis Consistorialis;
quae

quae, cum ne minimam quidem facultatem cogendi in eiusmodi casu, a mere priuato et libero arbitrio renunciantium dependente, sibi arrogare ualeat, quam certissime uilesceret: Id quod omni studio potius euitandum, arg. eorum, quae habet BEYER. ad Pand. Tit. de oblig. et act. not. ad pos. 11. Nemo adest, qui cognitioni alicui iudiciali occasionem det; nullus actor, nullus reus; ergo et nullus iudex. Sed instas; dari plures casus, in quibus, etiam deficiente contentione forensi, et causae cognitione et auctoritate decretoque iudiciali opus sit. Citas in hanc rem alienationes rerum pupillarum immobilium; prouocationes minorennium ad diuisionem etc. At salua res est. In his casibus agitur de uitandis futuris atque probabili admodum ratione praesumendis laesionibus. In nostro casu tantum abest, ut, dissolutis per solum liberum et priuatum dissensum desponsatorum, reque adhuc undiquaque integra, sponsalibus, quisquam laedatur, quin potius, per talem actum distractus, uitia contractus purgentur; quae forsitan nimis inconsiderate praecipitanterque, coeco amore pronubo, in tam arduo negotio gesta sunt, maturiori iudicio et consideratione utrinque adhibita, tempestiue corrigantur; futurae caeque grauissime laesiones euitentur; damna irreparabilia, pericula, pestiferaque euentus praecauentur; atque adeo animae corporisque saluti pariter ac conscientiae consulatur. Proinde promouenda magis, nostro quidem iudicio, est Libertas omnimoda et plenissima Dissensus Sponsaliti, ac perfectissimae suae integritati restituenda; quam uanis caerimoniarum pompis, uel inutilibus superciliosis fori strepitibus implicanda et impedienda. Optaremus certe, ut ii, qui tam magnifice de necessitate auctoritatis Confistorialis in dissoluedis per mutuum liberumque Dissensum Sponsalibus, loquuntur, oculos mentemque potius conducerent ad negotium illud grauissimum et longe maioris momenti *Contrahendorum Sponsaliorum*. Cur ibi non requirunt auctori-

torita-

toritatem, praeuia cognitione, iudicalem? Ibi deprehendent rem periculi plenissimam: Ibi cum fructu et salutari effectu iudicium et consilium, futuris periculis, damnis, scandalisque auertendis, adhibere possent Consistoria. Hic Rhodus! hic saltus.

§. VIII.

Deuenimus denique ad *Sextum* et ultimum Argumentum. Desumptum hoc est *ex Consensu Doctrinae ipsius Iuris Canonico-Pontificii, eiusque Interpretum*. Argumentum Sextum; ex Consensu ipsius Iuris Canon. et Canonitarum. Supra iam conquesti sumus de triticis difficultatum, quibus, Doctores Iuris Ecclesiastici Protestantium plus quam ipsi Doctores Pontificii (quorum tamen principii de Sacramento matrimonii, de sponsalibus de praefenti indissolubilibus, de iureiurando salua salute semper seruando, etc. maior rigor, libertati matrimoniorum contrariis, uitio non esset uertendus) mortalium conscientias inuoluere, et uincula sponsaliorum duriora reddere non dubitant; neque in hac turpitudine erubescunt. Iam uero nullibi deprehendimus, quod Iura Canonico Pontificia ad sponsalia, etiam iurata, mutuo et spontaneo dissensu dissoluenda, cognitionem causae et iudiciale auctoritatem desiderent. Notatu dignissima sunt uerba Pontificis in Cap. 2. ✕ de spons. ubi expresse Contractus Sponsalitiis comparatur contractui *Societatis*: At uero, quis unquam audiuit, contractum societatis alio, quam priuato consensu, quo etiam inebatur, dissolui? Instar Sociorum sunt Desponsati. *Hi interpositione fidei contraxerant: hi et postea eandem fidem sibi inuicem remittunt.* Atque hoc, non oporosa causae (qualis forsan publice non existit) cognitione praecedente, non solenni auctoritatis iudicialis interpositione effici, sed NB. *in patientia tolerari potest.* Huic Doctrinae Decretali simpliciter et stricte inhaerent illustriores Iuris Pontificii Interpretes. Ita expresse GONZALEZ TELLEZ. Comment. ad Decret. L. IV. Tit. I.

cap. 2. n. 7. „His suppositis, ait, ratio praesentis assertionis,
 „uenit ex eo, quia, cum sponsalia de futuro iuxta alios con-
 „tractus in futurum celebratos regulari debeant, illorumque
 „ea sit natura, ut, sicut consensu contrahuntur, dissensu dissol-
 „uantur, L. 59. D. de pact. L. 4. L. 14. L. 63. §. 10. D.
 „pro soc. L. 1. D. quando lic. ab emt. quae omnia confirman-
 „tur ex generali regula, qua docetur, nihil tam naturale esse,
 „quam eo genere quicquid dissolui, quo colligatum est, L. 35.
 „D. de R. I. Cap. 1. ✕ Eod. c. 4. c. 27. qu. 2. ideo sponsalia,
 „quae mutuo consensu contrahuntur, contrario dissensu dissol-
 „uuntur.„ CORVINVS in Iur. Canon. L. II. Tit. 12. postquam
 § 26. rotunde dixerat, *dissolui sponsalia mutuo consensu*, per
 Cap. 2. de Spons. ibique Dd. Dec. conf. 68. conf. ult. Statim
 addit, *tunc demum absolute iudicis opus esse, si is, qui im-*
pubes sponsalia contraxit, eam petierit, alleg. cap. 8. Eod. et c. 2.
 de despons. impub. Immo §. 27. expresse statuit, etiam eo
 casu, quando *unius dissensu altero invito* dissoluta fuerint spon-
 salia, alia contrahi posse, *absque auctoritate iudicis*, si
 causa sit notoria; ex quo firmiter concludimus, multo minus
 auctoritate iudicis opus esse, secundum mentem CORVINI, si *sponte et*
ex liberrima voluntate contrahentes sibi inuicem fidem datam re-
 mittunt. Consentit porro P. ENGEL. in Colleg. Vniu. Iur. Can. Lib.
 IV. Tit. 1. §. 3. „Soluuntur, inquit, sponsalia mutuo et unanimo dissen-
 „su: quod enim solo consensu contractum est, contrario dissensu
 „iterum dissolui potest; cum nihil tam naturale sit, quam unum-
 „quodque eo modo dissolui, quo colligatum est, L. 35 de R. I.
 „De sponsalibus iuratis dubitant aliqui, an mutuo dissensu dissolui
 „possint? Id enim negare uidetur Glos. in dict. cap. 2. in V. inducen-
 „di, c. tit. arg. cap. 10. Eod. Verius tamen est, idem in iuratis Spon-
 „salibus procedere, quia iuramentum *in fauorem hominis factum, ab*
 „*homine remitti potest*, nec a Deo aliter acceptatur, quam quatenus
 „ab homine, in cuius gratiam factum est. BARBOSA in dict. cap. 2.

„ n. 6. Nec obstat cap. 10: quia non loquitur de dissensu mu-
 „ tuo, sed tantum de dissensu unius partis, altera parte inuita ac
 „ repugnante. Omnium autem maxime nos de consensu Cano-
 „ nistarum conuincit ESPENIVS in Iur. Eccles. Tom. I P. II. Tit. 12.
 „ cap. 2. Ita enim num. XI. scribit: „ Sponsalia, quae *solo* con-
 „ sensu inita sunt, et haecenus *solo* partium consensu subsistunt,
 „ etiam *solo* utriusque consensu solui possunt, iuxta illud vulga-
 „ tum *nihil tam naturale* etc. quod et procedit, tamen iura-
 „ mento firmata sint, quia iuramentum ipsam naturam contra-
 „ ctus non immutat, cap. 2. X de spons. ubi id exemplo socie-
 „ tatis, iuramento firmatae, decidit Pontifex. Porro addit
 „ notanter num. XXII. „ *Inspecito iure communi ad solutionem*
 „ *sponsalium non requiritur sententia Iudicis aut solennitas*
 „ *aliqua, praeter utriusque Desponsatorum Consensum.* Licet
 „ etiam III. hic Interpres ESPENIVS subiunxerit aliqua Ritualia Bel-
 „ gica, quae nolunt sponsalia propria desponsatorum auctoritate
 „ solui; at tamen haec ipsa ad exceptiones a regula referri debere
 „ manifestum est; ac proinde canon ille vulgatus nostrae senten-
 „ tiae egregie fauet: Quod omnis exceptio firmet regulam in ca-
 „ sibus non exceptis.

§. X.

Difficile nunc haud erit, positis ita fundamentis, ad Dissen-
 „ tium obiectiones respondere, eorumque rationes confutare. Respondetur ad
 „ Obiectiones
 „ Vtuntur autem communiter *Quatuor* potissimum rationibus, Quatuor,
 „ pro adstruenda necessitate adhibendi, in dissoluendis mutuo dis-
 „ sensu Sponsalibus, cognitionem et auctoritatem Iudicis Ecclesia-
 „ stici. *Primam* exhibet inter alios III. BOEHMERVS Iur. Eccle-
 „ Prot. L. IV. Tit. 1. §. 163. ubi dicit: *Sponsalia hodie non sim-*
 „ *pliciter Desponsatorum arbitrio subiecta esse, ut ceteri Contractus*
 „ *Consensuales.* Conf. praeiudicium ex CARPZOV. L. 5. Resp. 108.
 „ supra §. 1. adductum, ibi: *mit dem Ehegelöbniss viel eine andere*

Gelegenheit hat etc. Si uerum fateri licet, uix a nobis impetrare possumus, ut credamus, Incomparabilem BOEHMERVM huic rationi tuto fidere potuisse uel uoluisse. Is, Qui plus simplici uice tam fortiter tam strenue defendit, *in solo conuentionis uin- sulo et terminis subsistere sponsalia*, uid. supra §. IV. Qui huic fundamento alias tam firmiter inhaesit, neque passus fuit, ut *sponsaliorum maior uis sit, quam aliorum pactorum*: Qui Pontifex collaudat, quod in cap. 2. de spons. *in sponsalibus non maiorem uim agnouerat, quam in societatis contractu*, uid. supra §. VII. Is, Mehercule! serio non poterit cogitare de conciliando aliquo robore sententiae oppositae per nudum assertum, quod *Sponsalia hodie non simpliciter Desponsatorum arbitrio subiecta sint, ut ceteri contractus Consensuales*. Proinde, cum in antecedentibus inprimis §§. cit. IV. et VII. clarissime ostensum, simplicem naturam Pactorum in Sponsalibus esse quaerendam; remouendam potius esse omnem ideam spiritualis, sacramentalis, uel sanctioris, quam quae omnibus feriis conuentionibus communis est, qualitatis etc. huic obiectioni refutandae diutius immorari religioni habemus. Accedamus potius ad *Alteram*, quae plus speciei prae se fert, et Eiusd. III. Viri est. *Vult tamen ait, Pontifex, ut commoneantur, et omnibus modis inducantur ad fidem datam seruandam, id quod non necessitatem et co- actionem, sed suasionem simplicem atque consilium continet, et ideo praemitti debet, quia aequum est, ut, quantum fieri potest, partes dissentientes ad concordiam trahantur, quod Episcoporum potis- simum est officium* c. 7. et 11. dist. 90. - - *Ni uero me omnia fallunt, haec uerba simul indicant, non priuato ausu, sed iudicis Ecclesiastici auctoritate, partes recedere debere. Pati- enter tolerari haec debere, ait Pontifex, id quod de Iudice Eccle- siastico intelligit, ne inuitos cogat, sed permittat tandem, ut ab inuicem recedere possint.* Ad hanc Obiectionem sequenti modo respondemus: 1) Prouocamus ad statum Contro- uersiae.

Ad Alteram.

quae plus speciei prae se fert, et Eiusd. III. Viri est. *Vult tamen ait, Pontifex, ut commoneantur, et omnibus modis inducantur ad fidem datam seruandam, id quod non necessitatem et co- actionem, sed suasionem simplicem atque consilium continet, et ideo praemitti debet, quia aequum est, ut, quantum fieri potest, partes dissentientes ad concordiam trahantur, quod Episcoporum potis- simum est officium* c. 7. et 11. dist. 90. - - *Ni uero me omnia fallunt, haec uerba simul indicant, non priuato ausu, sed iudicis Ecclesiastici auctoritate, partes recedere debere. Pati- enter tolerari haec debere, ait Pontifex, id quod de Iudice Eccle- siastico intelligit, ne inuitos cogat, sed permittat tandem, ut ab inuicem recedere possint.* Ad hanc Obiectionem sequenti modo respondemus: 1) Prouocamus ad statum Contro- uersiae.

uersae, supra §. III. rite et legitime formatum; ubi expressis uerbis mentio fit eius, quod Dissidentibus quoque desiderant, nimirum *Cognitionis causae et auctoritatis Consistorialis*, siue *Iudicis Ecclesiastici*. Quaecunque igitur de solis adhortationibus, de piis et fraternis commotionibus, de precibus ad studium pacis et concordiae excolendum accommodatis etc. heic insperguntur, ad *caput tantummodo Christianae Prudentiae*, omni ceteroquin laude dignae; neququam uero ad *caput Iustitiae*, ad necessitates Legum Forensium, ad ordinem et externam formam iudicalem etc. referri debent. Ex quo fluit, quod ii, qui ad eiusmodi actus *mere extrajudiciales* prouocant, qui eiusmodi pacis cautelas commendant, qui opera et officia christianae charitatis et exercitia studii pacis et reducendae concordiae in casibus forsan obtingentibus non prorsus excludenda esse uolunt et suadent, reapse plane non dissentiant a nobis, quippe qui *de necessario interuentu Iudicis Ecclesiastici, de auctoritate et cognitione Iudiciali ac forensi, de actibus secundum ordinem iudicii legitime praescriptum, expediendis*, loquimur unice, atque loqui omnino et intelligi debemus. Quod uero ipse III. BOEHMERVS suas, quas commendat, commotiones ad actus proprie sic dictos *iudiciales* referre noluerit, ex eo manifestum fit, quoniam totum illud officium, a Iudice Ecclesiastico, ex Eius mente, interponendum, in angustos cancellos *simplicis suasionis*, admonitionis, consilii, et tandem absolutae, et ab omni coactione longe remotae *patientissimaeque tolerantiae* incluserat; immo et illam ipsam tolerantiam, NB. *non per modum Dispensationis* (haec enim semper exemptionem specialem ab eo, quod alias propter Legem prohibitiuam fieri non deberet, praesupponit et inuoluit) *ut quidam somniant, sed Iuris communis, argumento a societate ducto*, adhibendam esse, uoluerat. Negamus itaque 2) quod in illo cap. 2. §. de sponf. ad quod tanta fiducia prouocatur, praecise agatur de monitionibus

nibus Iudicis alicuius Ecclesiastici, de suasionibus ex officio a Consistorio, solenni ritu, figura forensi, durch einen gerichtlichen Vorstand etc. applicandis. Omnia, quae ibi commendantur, commodius, tutius et rectius referri poterunt ad officium Parentum, Cognatorum, Amicorum; quorum auctoritas, si nec admonitiones quicquam proficiant, non tam facile, non tam contumeliose, uilesceret, quam Ecclesiastici Iudicis pro Tribunali sedentis, uanis persuasionibus laborantis, et tandem ligatis manibus tolerare coacti, auctoritas. Illud equidem 3) libentissime concedimus, hortari, suadere, dissentientes ad concordiam trahere etc. et olim fuisse, et hodie esse, et esse debere, potissimum *Episcoporum officium*: Atque hoc intuitu, saepe admodum salutaria commendatissimaque esse posse officia Venerabilium, quibus animarum cura inprimis commissa est, Ecclesiae Ministrorum, prorsus non dubitamus. At uero iam id, quod inde per modum conclusionis inferri uult, abscisse negamus. Sane! non sequitur, quia Episcoporum officium et olim fuit et hodie est, monere, suadere, ergo dissensus sponsalitus non est ualidus et efficax nisi accesserit Cognitio et Auctoritas Consistorii. Scilicet, iis temporibus, quibus ne cogitatum quidem fuit de instruendis Iudiciis Episcopalibus, de modo procedendi forensi coram Episcopis, de regulis Processus Iudiciarii, Audiendiis Episcopalibus accommodandis; Praesules Ecclesiarum in illis simplicissimis terminis suae sollicitudinis et curae pastoralis sese continebant, ut cauerent, ne homines in peccatis haerent, et ut eos, quos peccasse grauiter existimabant, uel peccaturos uerebantur, seriis admonitionibus redarguerent; inprimis uero discordes, et ad litigandum pronos dehortarentur, et ad amicabilem compositionem inuitarent. Postquam uero Episcopi solennia Tribunalia, seculo inprimis XII. erexerunt, postquam forma processus iudiciarii negotiis Ecclesiasticis stricte applicata fuit, postquam denique Doctores quoque Iuris Eccle-

sta-

fiastici Protestantium, in eam sententiam, quod ex illis ipsis Tribunalibus Episcopalibus nostra nata atque effigiata sint Consistoria, communiter descenderunt. vid. III. BOEHM. I. E. Pr. L. I. T. 28. passim; Ej. Not. ad Coru. L. I. T. 14. §. 2. lit. (c) Tit. 18. §. 7. lit. (u) L. II. T. 16. §. 6. lit. (q) et (s) L. III. T. I. §. 4. lit. (a) et §. 10. lit. (f) iam gratis dicitur, Episcoporum, adeoque et Consistoriorum officium hodie esse, monere, suadere, hortari, etc. Certe! Actus, qui coram illis celebrantur, sunt *iudiciales*; ac proinde, si de monitionibus, quibus desponsati rebelles in ordinem redigendi sint, in Iure Canonico sermo est, potius actus *extraiudiciales* intelligi debent, quam iudiciales; idque eo magis, quo seuerius ille ipse can. 7. ex aduerso allegatus, dist. 90. praecipit, *Episcopis studendum esse, ut dissidentes Fratres, siue Clericos, siue Laicos, ad pacem magis, quam ad iudicium coerceant.* Si haec recte intelligantur, et simul consideretur, quod secundum uulgarem regulam; Iudex quoque, extra Iudicium procedens, non tamquam Iudex, sed ut Priuatus interuenisse censeatur; neminem fore existimamus, qui ex istis uerbis cap. 2. de spons. hanc decisionem peteret: *non priuato arbitrio, non libera uoluntate, non solo dissensu, sed iudicii Ecclesiastici auctoritate, causa prius cognita, partes recedere debere.*

§. XI.

Transeamus ad *Tertiam* obiectionem; quam STRYKIVS duo-^{Ad Tertiam.} bus tantum, ut aiunt, uerbis, tetigit magis, quam explicauit clare, Sect. III. §. 36. *Non tamen, ait, haec nostra sententia est, quasi priuato ausu discedere a se inuicem Desponsati possint, ita enim omnino scandali occasio inde nasceretur; sed ad eundem Iudex Ecclesiasticus est, et coram Consistorio cognoscenda causa etc.* Ingenue fatemur, nos, omni adhibita diligentia; iusti metus rationem inuenire, et, in quonam lateat illud *Scandalum*, inuestiga-

Q

uestiga-

uestigare non potuisse. De curiosa disquisitione, ad quam lineam amoris peruenerint desponsati, paullo post dicemus: Iam de solo *scandalo* sermo est. Quis uero umquam scandalum metueret in tali actu, qui causam reducit ad illum Statum integrum, in quo fuit sine scandalo ante sponsalia contracta? Nonne longe maius scandalum quam certissime metuendum esset, si desponsati, uidentes minus consultum esse matrimonium consummare, praeuidentes infelicia matrimonii fata, et propterea bona gratia recessuri (sunt uerba STRYKII c. l. §. 8.) iudicialiter ad consummandum permoti, infaustis euentibus exponerentur? Nonne longe grauius scandalum metuendum esset, si Desponsati, qui compendiaria et innocentissima uia ad scopum sibi propositum peruenire potuissent, in solennem aliquam scenam iudiciariam producerentur, et publicis quasi, sed tamen simul prorsus inutilibus ac in effectu frustraneis uexationibus exponerentur? Taceamus quod, prouti supra monuimus, iura, quae liberationibus per se magis, quam obligationibus, fauent, si in ula re, certe in praesenti, facilem omnimodo et breuem reddere debeant recessum potius, quam impeditum et obstructum plauris figurarum forensium. At uero iam instat STRYKIVS, dum

Ad Quartam.

Quartam nobis, atque, uti primo obtutu uidetur, satis grauem obiectionem suppeditans, ita pergit: *Coram Consistorio causa cognoscenda, an sponsalia in terminis promissionis substitute- rint, aut ad quam amoris lineam peruenerint desponsati. Quodsi uero Consistorium constantem repudii* (quod uocabulum pessime huic causae applicatum omnes facile, nobis etiam non monentibus, deprehendent) *uoluntatem obseruauerit, nec carnalem commixtionem accessisse animaduertit; deferre partium desiderio potest.* Non dubitamus, fore plerosque, qui hanc speciem obiectionis haud leuem, nec calitati nostrorum temporum indignam, arg. princ. Inst. Qu. mod. Tut. fin. iudicabunt. Qualiscunque uero ea sit, ignoscant ii, qui ita cum

STRY-

STRYKIO sentiunt, si nimiae illorum curiositati in cognoscenda linea amoris, ad quam Desponsati peruenerint, nos quoque nostram curiositatem iungamus, et, sola discendi cupidine ducti, ex iis quaeramus: Quo iure, qua ratione, quibusue mediis ad cognoscendam hanc lineam amoris Consistorium peruenire posse credant? Id quam certissime nobis persuademus, imo auguramur, Desponsatos, simpliciter diffidendo, operam omnem curiosi Iudicis elusuros esse; quem deinde, tam frustra interrogasse, merito pudere debet. Sed grauius in nos forsitan inueheris, et urges, posse desponsatos ex circumstantiis interdum, ex conuersatione et commercio diuturniore et liberiore, cui spes futuri matrimonii admodum fauet, ex temperamentorum et affectuum indole etc. adeo indicis de carnali commixtione grauari, ut ad ea prius purganda iudex partes adstringere optimo iure ualeat. Verum modeste ad haec regerimus: Nos nunquam audiuisse, nec ullibi legisse, ex sponsalibus celebratis oriri praesumptionem talem stupri, uel, ut mitius loquamur, anticipati concubitus, quae indicium faceret legitimum ad iuramentum purgatorium deferendum; quicquid etiam de conuersatione uel commercio liberiori priuata, at cerebroquin omni effectu in foro soli destituta iudicia statuere uelint. Si enim hoc uerum, legitimum perpetuumque esset, non uidemus, quare non et iis debeat deferri hoc iuramentum, qui de dissoluendis sponsalibus mutuo dissensu consilium non iniuerunt, sed reuera consummare matrimonium parati sunt; uel quos desponsatos mors dissoluebat, superstite adhuc indicis istis, si Diis placet, grauato? Item, quare eadem iurisiurandi religione non experiantur Iudices contra eos, qui, citra omne sponsalium uinculum, suspitione liberioris conuersationis, uel commercii admodum familiaris, interdum haud parum grauantur? De occultis non iudicat Ecclesia: Et, ut nos breuiter expediamus, exulet haec omnis species inquisitionis; nulla lege, nullo

nullo canone, suffulta, nulla aequitate probata; omni usu in foro destituta; per generalem et perpetuam illam praesumptionem Iuris, quae bonitatis, et honestatis est, delictique ac doli exclusiua, per se iam damnata; famam et existimationem insuper adeo sugillans, ut uix actionem iniuriarum eiusmodi desponsatis contra Iudicem tam intemptiuo et inconsiderato ausu inquisitum, denegari posse arbitremur. Ut autem eo clarius manifestiusque appareat, quam exigui momenti sit haec obiectio a necessitate cognitionis Consistorialis super linea amoris, ad quam desponsati et iam recessuri forsitan peruenerint, desumpta; age! fingamus casum non adeo infrequentem: Titius, filius mercatoris cuiusdam Norimbergensis, per litteras sponsalia inuit cum Meua, mercatoris cuiusdam Hamburgensis filia, quam olim, teneram adhuc et nondum puberem, domum eius frequentans, uiderat, amareque ob morum elegantiam coeperat: Consentiant utrinque parentes; nec quicquam restat, quam ut sponsa in domum deducatur, matrimoniumque consummetur. Accidit uero casus, quem quilibet ex ingenio suo fingere potest, uno uerbo, talis, qui efficit, ut desponsati insaufitos euentus prudenter praesentientes, bona gratia, sine animorum acerbitate, sibi inuicem datam fidem; mutuis in hanc rem scriptis litteris, remittere constituant. Iam tu dic, quid sentias? An et hoc casu Consistorii curiositatem probabis, ut cognosceret, ad quam amoris lineam peruenerint desponsati? An tunc quoque inhaerebis opinioni, non priuato ausu, sed Iudicii Ecclesiastici auctoritate recedere partes debere? Si autem generalis assertio Dissidentium fundata esset, profecto, ne hoc quidem casu cognitio et auctoritas Consistorialis excludi posset: quae tamen, nostro quidem iudicio, semper quiescere debet.

§. XII.

Rationibus nostris in defendendo themate: de Mutuo Dis-
 sensu sponsalicio solo absque auctoritate Consistorii ualido, ita
 subductis, atque remotis sufficienter, ut speramus, obiectioni-
 bus, uix nobis temperare possumus, quo minus paucis inquiramus
 in causam illam, quae, quantum coniecturis assequi licet, forsan
 Interpretes Iuris Ecclesiastici inuitare potuerat ad defendendum
 concursum auctoritatis Consistorialis, ad dissoluenda sponsalia
 qualiacunque necessariae. Scilicet animaduertebant in eo maxime
 Consistoriorum interesse, ne, posthabita illorum cognitione, auctori-
 tate et decisione, partibus a sponsalibus semel contractis recedere
 liceat; cum hac occasione aliqua luera, ex eiusmodi actu iudiciali
 in Consistoria, secundum nonnullorum locorum consuetudinem,
 redundantia, non parum promoueri, et praeterea multarum arbitrariorum
 indictioni locum dari, generatim uero de competentibus Iuribus ac
commodis iudiciorum matrimonialium bene mereri posse, uideretur.
 Quid Iuris sit circa dispendium Arrharum in casibus diuersis
 dissolutorum sponsaliorum, colligendum est ex Commentatoribus ad
 L. 3. et 5. C. de spons. Is qui causam dissolutioni praebuit,
 duplicatas restituit: Si nemo per factum illicitum causam dedit,
 simpliciter restituuntur. At uero hodie priori casu in aliquibus
 locis, inprimis in Saxonia Electorali, eas Consistorio cedere,
 notissimum est. vid. CARPZOV. Iurispr. Consist. L. II. Def. 64. n. 14. sequ.
 STRYK. de Diff. spons. §. 12. Hinc illae lacrymae! Tamen enim haec ipsa
 praxis acquirendarum arrharum, ex regulis Fiscologicis aliqua
 speciosa ratione defendi queat, in casu si pars nocens amissionem
 arrhae restituendae punienda est; quia, ut CARPZOVIVS, et ex eo
 STRYKIUS, aiunt non competit indebiti condictio ei, qui fraudulenter
 et dolose quid dedit, L. 8 D. et L. 1. C. de condict. ob turp. caus.
 In eo tamen, nostro quidem iudicio, manifeste

Curram solliciter
 defendatur necesse
 sit auctoritatis
 Consistorialis?

ste peccatur, quod haec ipsa lucri captatio extendatur, non solum erga partem innocentem, cuius arrha simul vindicari solet a Consistorio, prout exempla docent et praecidia apud CARPZOV. c. l. et in Addit. BEYERI ad dict. def. 64. p. 105. Add. LVDOV. c. l. Sed etiam idem sine distinctione obseruetur in nostro, hactenus uentilato, casu dissolutorum sponsaliorum per simplicem mutuum dissensum, nullo iure poenalibus animaduersionibus et coercitionibus subiectum. Illustrabimus totam rem per sequens apud STRYKIVM c. l. Sect. 3. §. 42. allegatum Praecidium, et Responsum Incl. Fac. Hallens. Mens. Nou. 1698. „Hat euer Sohn sich mit Mevia, auf vorher gesuchten, und erhaltenen Consens ihrer Eltern und Anverwandten, in „Beyseyn vornehmer Leute vor VI. Wochen öffentlich verlobet, und sie sich miteinander gevvöhnlicher massen beschicket, auch zu Vollziehung solcher Heurath durch Priesterliche Copulation bereits ein gevvisser Tag anberaumer gevvessen, vvorauf sich zugetragen, daß der Braut von ubel gesinnten Leuten eine böse opinion von euren Sohn beygebracht, „als solte derselbe auf Universtitäten seine Zeit übel angevvendet, und solche mehr mit Fressen, Sauffen, und andern liederlichen Händeln, als Studieren, zugebracht haben, und er „daher soviel nicht erlernet, daß er eine Frau ehrlich ernehren „koennte, daher sie einen Wiedervvillen gegen denselben contestiret, und sehr übel gethan, daß sie sich mit demselben verlobet, auch gegen euren Sohn selbst gesagt, sie vvollte vvünschen, daß sie ihn nicht gesehen hätte, dadurch gedachter „euer Sohn bevvoegen vvorden, mit diesen Worten heraus zu brechen: *Wenn es ihr leid vväre, so fragte er auch nach sie nicht, sondern sie möchte einen andern Bräutigam suchen, er vvollte sehen vvooer eine andere Braut bekäme*; dadurch beyderseits Gemüther dergestalt verändert vvorden, daß keines „von dem andern mehr hören, sondern ein jedes von der ge-
„treffe-

Adducitur Responsum a Strykio citatum.

„trottenen Verlobung befreyet seyn vwill, und jezo gefragt
 „wird: Ob euer Sohn da ihm *Mevia* einen schriftlichen Revers
 „geben vwill, das sie an seiner Person nichts zu praetendiren,
 „sondern er seines Gefallens nach eine andere beyratben möchte,
 „ohne Besorge der Consistorial-Straffe sich an einen andern Ort in
 „ein Verlöbniß einzulassen befugt sey? Ob nun gleich etc. etc.
 „Weil aber dennoch etc. etc. So sind vvir zvar der Mei-
 „nung, daß vvenn die a Consistorio nochmahls vorzunehmen-
 „den göttlichen Remonstraciones nicht verfangen vvolten,
 „die *Dissolutio sponsaliorum* vwohl erfolgen könne; vveil aber
 „hierbey eine *Leichtsinnigkeit* mit unterlauffet, vvelche andern
 „Verlobten ein Exempel zu böser Nachfolge geben könnte,
 „und beyderseits Eltern ihnen selbst zu imputiren, daß sie vor
 „der Verlobung sich von allen Umständen nicht besser infor-
 „miret; so sind dahero beyde Theile, *über den Verlust der*
 „*gegebenen Mabl-Schäzen, mit einer Geld-Busse zu mil-*
 „*den Sachen, oder auch vwohl einige Tage mit Gefäng-*
 „*niß zu belegen.* V. R. W.

§. XIII.

Operae pretium non erit, ut longa, et prolixa oratione, Et notatur.
 ea, quae heic proponuntur et deciduntur, percenseamus, et
 perstringamus. Debitam erga tam illustre Collegium reveren-
 tiam testati, confidimus, ex antea deductis facillime colligi
 posse rationes, quae nos maxime impediunt, quo minus isti
 sententiae subscribere ualeamus. Attamen non possumus non
 in transitu quasi quaedam notare, quae partim ad firmandam no-
 stram sententiam, partim ad conuincendos eos, qui haec nostra
 aliqua attentione legere dignabuntur, multum facere posse
 videntur. 1.) Merito miramur; Magnum illum STRYKIVM tam
 confidenter ad hoc ipsum Responsum prouocare potuisse; qui
 per Notatio Prima.

per totam illam saepius citatam Sect. III. diligentissimus in eo fuit, ut monstraret, in solis monitionibus, in solis suasionibus et consiliis subsistendum; nec ulterius, multo minus ad animadversiones, poenas, et multas procedendum esse. Iterum exosculamur III. BOEHMERI (licet quoad necessitatem adhibendae auctoritatis iudicialis a nobis dissentientis) aurea decisa; quando perpetuo seduloque inculcat, abstinendum esse ab omnibus iis, quae uel minimam speciem difficilioris concessionis, uel impedimenti oppositi prae se ferunt: Quando nequidem modum aliquem *Dispensationis* in illa indulgentia agnoscit, adeoque nec legem aliquam prohibitiuam; quae alias, praesertim in matrimonialibus, efficeret, ut, desuper interposita dispensatione, pro ea obtinenda aliquid ad pias causas solui debeat, conf. I. E. P. L. IV. Tit. I. §. 161. Quando denique c. l. §. 162. iustissime pariter ac sapientissime ait: „Interim nec „Magistratui Ecclesiastico integrum est, si Desponsati ad con- „summanda sponsalia *moueri* nequeunt, consensum et auctori- „tatem denegare, sed, prout prudenter Pontifex in cap. 2. cit. innuit, *patienter hoc tolerare debet*, etc. At uero, estne hoc *patienter tolerare*, si fiscales multae, si poenae pecuniariae, piis causis applicandae, rigido more exiguntur? si mutuo dissentientes et bona gratia recedentes, in uincula, in carceres, coniiciuntur? si iidem remissione arrharum puniuntur? Iudicum Ecclesiasticorum luero cedentium? Profecto! hanc Legem Commissoriam eadem niti aequitate (scilicet!) arbitramur, qua consuetudo illa parum rationabilis, rem furto ablatam et furi rursus per Iudicem criminalẽm ereptam, huic, quasi in praesentium, addicens. 2.) Animaduertimus quidem, in dicto Responsio causam irrogandarum hisce casibus poenarum censurarumque Ecclesiasticarum quaesitam fuisse in reprobanda et pessimi exempli futura *leuitate animi*, *Leichtsinnigkeit*, *welche andern Verlobten ein Exempel zu böser Nachfolge geben könnte*, etc.

Verum

Notatio Secunda.

2.) Animaduertimus quidem, in dicto Responsio causam irrogandarum hisce casibus poenarum censurarumque Ecclesiasticarum quaesitam fuisse in reprobanda et pessimi exempli futura *leuitate animi*, *Leichtsinnigkeit*, *welche andern Verlobten ein Exempel zu böser Nachfolge geben könnte*, etc.

Verum enim uero , tota re summa cura ultro citro-
 que pensitata , nihil interuenire nobis licuit , quod uel um-
 bram leuitatis in illo ipso casu adducto repraesentaret. Audi-
 amus Rationes Decidendi ibi adiunctas : „vveil aber ihr (Pa-
 „ter sponsi) nebst der Braut Vater , bereits alle gütliche Mit-
 „tel gesucht , die Gemüther dieser jungen Leuthe wieder zu
 „vereinigen (et ita iam abundanter satisfactum fuit praecepto
 cap. 2. de sponsi uid. Responson. nostr. ad Obiect. IIam
 supra §. X.) „jedoch solches nicht erhalten können , dabey
 „auch , NB. sovvobl ihr , als der Braut Vater wahrgenom-
 „men , daß keine vergnügte Ehe unter denselben zu hoffen ,
 „zumahlen da euer Sohn das Landleben durch Pachtung ade-
 „licher Güter zu erwehlen entschlossen , NB. Meuzia aber zu
 „dergleichen Haushaltung niemahls erzogen , und er also vve-
 „nig Assistance von ihr , sondern vielmehr Schaden , zu gewar-
 „ten habe , und ihr Vater selbst NB. ratsamer befindet , seine Toch-
 „ter an einen , sich von Studiis nehmenden , und nicht in vveit-
 „läufftiger Haushaltung lebenden Mann , zu verheyrathen ,
 „auch bey obigen Umständen , da NB. sovvohl der Verlobten
 „als ihrer Eltern und Anverwandten einmüthiger Wunsch da-
 „hin gehet , daß die Verlobung hinwieder zertrennet , und
 „beyde Theile in völlige Freyheit zu heyrathen hinwiederum ge-
 „setzt werden möchten , denen Rechten nicht zu wider ,
 „daß sie von einander geschieden vverden (sive relictus : dafs
 sie sich selbst einander von der Verbindlichkeit loszehlen)
 „vveil ex publicis sponsalibus entstehende Verbindlichkeit nur
 „eigentlich dahin ziele , dafs ein Theil vvierder des andern
 „Willen nicht zuruck treten , sondern zu Vollziehung der
 „Heyrath gezwungen vverden könne ; jedoch (iam sequi-
 tur illa manifesta petitio principii) „dieses zu Verhütung al-
 „les dadurch entstehenden Aergernisses nicht durch Priuat-
 „Reuerse , oder Auffkündigung , sondern durch Auöorität
 R und

„und Approbation des Consistorii geschehen muß etc. Omnes iustos aequosque rerum arbitratore nunc prouocamus, uelint nobis significare, in quonam articulo, in quanam facti huius circumstantia lateat illa *leuitas animi*? Nonne contrario summa leuitas animi accusanda fuisset, si hae partes contrahentes consilium et propositum, rebus sicstantibus, non mutassent? Nonne hac ratione, per opportunam retractationem, prudentissime et liberrime corrigitur id, quod antea ex leuitate et satis imprudenter celebratum fuerat? Nonne eiusmodi in integrum restitutiones salutare omni modo promouendae, priuatae libertati et conscientiae relinquendae; neuitquam uero difficultatibus iudicialium figurarum implicandae uel impediendae sunt? Nonne, quo liberiores sunt hi respicientium recessus, eo magis conscientiae consilium, scandalaque, pericula, et discrimina infaustorum coniugiorum futurorum, praecaentur? 3) *Mente non possumus concipere, quomodo Consistoria Ecclesiastica, quae Desponsatos bona gratia fidem datam sibi inuicem remittentes, tam grauius, tam seuerè, arrharum amissione, multarum pro piis causis indictione, in carceres detrusione, punire non erubescunt, tandem aliquando contra eos exurgere, et progredi uellent, qui, inuita altera parte, causa quoque legitima non apparente, recedere contendunt? Rigorem illum poenitentiae Ecclesiasticae, refractario imponendae, quem Doctores quidam his casibus adiungunt, uid. MEVIUS P. 6. Dec. 355. sq. usi fori non frequentari, quis nescit? Praeter satisfactionem itaque parti innocenti praestandam, solae istae multarum, carceris, uel pecuniarum indictiones remanent. Et tamen iustitiae et aequitatis ratio postulat, ut maxima inter utrumque casum seruetur differentia. 4) Denique ipsum Responsum hoc, a STRYKIO adductum, ad conuincendum sufficit, nostram Obiectionis Quartae refutationem, supra §. XI. prolatam, firmis*

Notatio Tertia.

Notatio Quarta.

firmissimo niti fundamento : Nihil enim in dicto Responso habetur de praemittenda aliqua cognitione, uel potius inquisitione Consistoriali, *ad quam lineam amoris desponsati peruenierint*, et, *annon carnalis commixtio accesserit*. Quod si enim talis inquisitio, suffragantibus iuribus, institui deberet uel posset, certissime nobis persuademus, in isto Responso, in quo sat duris animaduersionibus iam digni iudicabantur Desponsati mutuo Dissensu recessuri, hocce punctum subtilitatis et seueritatis neuiquam fuisse omissum.

§. XIV.

Perstamus itaque in nostra, de *Solo* mutuo dissensu, Nostram Sententiam comprobet Exc. ICtus ENGAV, exclusa auctoritate Consistoriali et iudiciali, sufficientissimo, sententia, quam hactenus defendimus; quam quotidiana experientia innumerabilibus exemplis ruptorum, sine omni strepitu fori, sponsaliorum, per priuatum, mutuum, ex liberissima uoluntate prouenientem, consensum, testatur et colustrat; quam denique, Euge! in sinu gaudeamus! Excellentiss. nostri aevi ICtus IO. RVD. ENGAV haud obscure comprobasse uidetur, dum in suis Elem. Iur. Can. Pontif. Eccl. L. II. Tit. XI. Membr. 3. de Repud. §. 216. ita scribit: „Euangelicorum pars maxima statuit, Sponsalia pura non posse dissolui dissensu desponsatorum mutuo, *sed huic accedere debere sententiam, post causae cognitionem a Iudice ferendam.* „*Sed perperam.* Quemadmodum uero in tota disciplina Iuris uix ulla deprehenditur regula uel thesis, tam perpetua ac uniuersalis, quae non patiatur suas exceptiones; Ita, idem in nostro quoque asserto obseruari, dissiteri non possumus. Quamobrem de his ipsis exceptionibus praecipuis breuiter adhuc agendum erit. Sunt autem potissimum *duo* casus, in quibus *solum* ille priuatus Desponsatorum dissensus non sufficit ad dissoluenda Sponsalia, *sed* auctoritate Consistorii,

Casus Primus.

istorii, siue Iudicii Ecclesiastici, opus est. *Primum* casum supra §. V. iam tetigimus. Nimirum notissimi Iuris et Civilis et Canonico-Ecclesiastici est, oriri ex sponsalibus *iustitiam publicae honestatis*, siue potius *impedimentum* propter iustitiam honestatis publicae, cuius causa consanguinei sponsi, cum sponsa, per mortem sponsi, *uel alio quoque modo*, sponsalibus dissolutis, matrimonium contrahere non possunt *libere*, et e conuerso, L. 12. §. 1. et 2. L. 14. §. fin. D. de R. N. Cap. 3. 4. et 8. ✕ de spons. An haec doctrina secundum canones semper obtinuerit, propter c. 18. c. 27. qu. 2; an quaedam mutauerit BONIFACIUS P. M. in cap. un. de spons. in 6to. et quid denique docuerint Patres Tridentini Sess. 24. de Matrim. c. 3. disquirit Ill. BOEHMERVS ad CORV. supra c. l. §. 25. lit. (a) et in I. E. Pr. L. IV. Tit. 1. §. 144. Diximus autem, *libere* non posse contrahi matrimonium; licet enim non adsit ipsum affinitatis impedimentum, manet tamen honestatis publicae ratio, quae exigit, ut, sicuti interdum in Consistoriis talia matrimonia *dissuaderi* solent; ita cum dispensatione quidem, inprimis apud Protestantes, admitti et solent, et possunt, quia nulla ratio prohibitionis diuinae occurrit; pars tamen, quae cum alterius partis consanguineo uel consanguinea matrimonium ambit, iuramento antea sese purgare debet, quod ad nullam prohibitam lineam amoris, secundum morem loquendi STRYKIANVM, peruenerit, quodue nulla commixtio, uel copula carnalis cum priore interuenerit, SCHILTER Exerc. XVI. th. 37. CARPZ. L. 2. def. 121. et 122. n. 19. BRVNEM. ad L. 12. de R. N. in fin. ad quos etiam prouocat DN. BOEHMER. c. l. §. 144. Etiam si haec Consistoriorum Praxis, exigendi antea iuramentum purgatorium a nouiter Desponsando, omnium maxime referri soleat ad casum, si *per mortem* alterius unus ex Desponsatis a uinculo pacti sponsalicii

salitii liberatus, et iam *superstes* sit; manifestum tamen est, eandem praxin ad omnes reliquos modos et casus dissolutorum sponsaliorum, consequenter etiam ad nostrum casum soluti uinculi obligationis *per mutuum dissensum*, ob rationis similitudinem, adplicari et posse et debere. Age! exhibeamus speciem: Moritur Titius, Magister certi cuiusdam opificii, relictis uidua et filia unica nubili Caia; cum hac Meuius, Titii, dum uiueret, Boëthus (Geselle) sponsalia legitima celetrat, spe, quae et Caiam et matrem eius alebat, fretus, adspirandi hoc modo ad iura magistri, continuandaeque officinae Titianae: Spem fallunt ceteri Collegae istius opificii; producunt Statuta sui Collegii; probant exinde, non filiarum, sed uiduarum maritis tale ius successionis et necessariae admissionis competere: Quid ad haec Meuius? Is repente cum sponsa sua Caia, uolente propitiisque, consilium mutat, renunciatur utrinque bona gratia obligationi ac iuri ex sponsalibus quaesito, et Meuius dextram nouae sponsae, nempe matri, uiduae Titianae, haud reluctanti, porrigit. Neminem fore credimus, qui dubitaret, quin hoc optimo iure fieri possit. Neque si Meuius, mutato una cum consentiente Caia consilio, cum quacunque alia extranea sponsalia noua celebrare constituisset, auctoritate Iudicis Ecclesiastici opus haberet. Postquam uero a Filia ad Matrem transilire uult, oritur honestatis publicae ratio, quae cum cognitionem auctoritatemque Consistorii, tum iuramenti purgatorii praestationem, necessario desiderat. Quis uero non uidet, necessitatem hanc adhibendi auctoritatem iudicalem, neutiquam descendere ex proposito *renunciandi* mutuo sponsalibus *contractis*, sed *ex consilio contrahendorum* sponsaliorum nouorum, impedimento iustitiae publicae honestatis affectorum? *Alterum* casum exceptio- Alter Casus.

nis suppeditat aliquo modo illa ipsa regula, qua supra §. V. uli

usi fuimus: si nimirum nihil tam naturale est, quam aliquid
 eodem modo dissolui, quo colligatum est, sequitur nec
 sponsalia, ad quorum contractum accesserat auctoritas aliqua Ec-
 clesiastica, siue immediate siue mediate, aliter non posse distrahi
 uel dissolui, nisi accedente eadem auctoritate Consistoriali.
 Proinde sponsalia aliqua iam publice promulgata per Bannum
 illud siue proclamationem e suggestu, de qua agitur cap.
 27. \times . de spons. cap. 3. de clandest. despons. cap. ult. \times .
 qui matrim. accus. Trident. Concil. Sess. 24. de Reform.
 cap. 1. Ill. BOEHMERVS I. E. P. L. IV. Tit. 3. §. 30. sq. et
 in Not. ad CORV. L. II. Tit. 13 §. 113. et Tit. 14. §. 3.
 lit. d) et e) conf. BORN. de Tribus Bannis Eccl. IVD.
 MENK. de omiff. Procl. Sacerd. neutiquam nudo et simplici
 mutuo dissensu Desponsatorum, posthabita omni denuncia-
 tione apud Ecclesiam uel Iudicem Ecclesiasticum, dissolui
 posse iudicamus. Imo, nec de eo dubitamus, posse casus
 oriri, ubi, si tertii cuiusdam intersit, sponsalia non antea
 dissolui mutuo simplici que dissensu, quam ipsi intuitu istius
 quod interest satisfactum sit, actio ad interesse aduersus
 Desponsatos, iam renunciaturus, non esset deneganda.

Sed plura addere, nunc nec licet
 nec libet.

T A N T V M.



COROL.



COROLLARIA.

I.

Homo, dum agit, consentit; et ita etiam contrahit.

II.

Legislatio non nisi ad summum Caput in Republica spectat.

III.

Licet matrimoniorum alias summus fauor; at tamen ea saepe nociua magis, quam proficua sunt, et Contrahentibus, et Reipublicae.

IV.

Nostrae Ecclesiae Disciplina et Dogmata eo puriora existunt, quo magis conueniant cum sanctitate et simplicitate status primi christianismi.

V. Ius

V.

Ius aggratiandi et dispensandi Principum liberum est in dubiis causis matrimonialibus.

VI.

Prudentis Principis nomen meretur, qui, ubi rem sacram, quam tractaturus est, non intelligit, Theologos doctos, prudentes, integraeque fidei, consulit.



ULB Halle

004 199 219

3



f

SB





E. 22. num. 42

Q. D. B. V. 1746
OBSERVATIONES IVRIS MISCELLAE

QVARVM
CAPVT QVINTVM

DE

MVTVO DISSENSV SPON-
SALITIO SOLO

386
ABSQVE CONSISTORII COGNITIONE
ET AVCTORITATE VALIDO ATQVE
EFFICACI

PRAESIDE

D. GEORGIO FRIDERICO DEINLINO
ICTO

ANTECESS. ET COLLEG. IVRID. ASSESS. PRIMAR.
PERILL. REIP. NORIMB. CONSILIARIO
FAVTORE ATQVE PRAECEPTORE SVO

● OMNI QVO FIERI POTEST CVLTV OMNIQVE OBSERVANTIA
AETERNVM PROSEQVENDO

DISQVISIONI ERVDITORVM SVBMITTIT

AVCTOR ET RESPONDENS

WILHELMVS FRIDERICVS LINK
ALTORFINVS.

ALTORF. D. VIII. IVN. MDCCCLXXXVI.

TYPIS IOH. GEORGII MEYERI ACAD. TYPOGRAPHI.

